1665 adi 27 Agosto la mattina

Avanti l'Ecc.mo S. Cl.mo Danese Casati

Regio Avocato Fiscale

Compare il Conte Gerolamo Terzago in essecutione della Grida di S.E. sopra la notificatione de Feudi per poter far il douuto giuramento di fedeltà, et esibisse la concessione in feudo delli luochi di Morazzone, e Gornate Inferiore di q.to Ducato di Milano à titolo di uendita fatta dal Mag.to Straord.o al fù Conte Gio: Batta Terzago, Padre del Comparente l'anno 1647 scorso 14 Agosto con la promessa di riportarne la ratificatione da S.M. con l'Instromento del

successiuo possesso, et approuatione
di S. M.tà il Re' N.ro S.re Filippo
Quarto di Felice mem.a con l'ere=
=ttione d'esso luogo di Morazzone
in Contado, et Concessione del titolo
di Conte à d.o esso Feudatario, et
successiuamente al figlio primo
genito, et ancora delle debite
approuatione del Senato Ecc.mo
et pagamento del prezzo, et questo
all'effetto in essa grida contenuto

1666 ... 28

Visis ... enunciatis
...

Caramo

Abbreviatura mei Jo: Baptæ Bizzaroli Regij Secrii infrascripti.

In Nomine Dni anno a Nativitate eiusdem Millesimo sexcentesimo quinquagesimo indictione tertia die Martis vigesimo octavo Mensis Junij

Cum sit, quod D. Don Carolus Jo: Jacobus Serbaghis Administrator generalis Hospitalium Exercitus S. Mtis ac Canonicus Sanctæ Mariæ della Scala, sub die vigesima tertia presentis Mensis Junij acquisiverit a Regia Ducali Camera huius Dominij Mediolanensis Pheuda Terrarum Gorlæ Maioris, Gorlæ Minoris, Sulbiati, et Prospiani Plebis Olgiati Ducatus Mediolani, pretio pactis, et modis Conventis cum Magratu Extraordinario huius Status, publico apparente Documento rogato per Franciscum Mercantolum Reg. Camerae Notarium ~~Die~~ Dae inter cetera, quod d. Canonicus Serbaghis prestare habeat debitum et consuetum Fidelitatis Iuramentum antequam Mittatur in possessionem Pheudorum dictarum Terrarum ac Iurium Pheudalium illis annexorum, ut latius ex d. Instrumento, cui opportuna habeatur relatio, Legiturque in Consultatione facta S. Exae sub die vigesima tertia labentis Mensis a d. Magratu Redditum Extraordinariorum huius ~~status~~ tenoris sequentis.

fors.

Ponatur A

Cumque d. Canonicus Serbaghis, non valens ~~volens~~ ob diversa impedimenta

personaliter prestare dictum Iuramentum, obtinuerit a Sua Ex.a
facultatem supplendi per Procuratorem, ac ad hunc effectum specia-
liter Constituerit Ill.mum Iuris Cons.tum Coll.tum Mediolani Dnum Hyppo-
litum Bossium, ut apparet ex Instrumento Mandati recepto per
Joannem Bapt.am Danesium publicum Mediolani Notarium
sub eadem die, tenoris sequentis.

Ponat. B.

Hinc est, quod d.s I.C. Coll.tus Hyppolitus Bossius filius q.m Matthei
P. O. P. S. Babile intus, volens, virtute dicti Mandati
prestare dictum Iuramentum in Manibus Ill.mi et Ex.mi Dni Don
Aloysij de Benavides, Carilli et Toleti, Marchionis Fromistae, et
Caracene, Comitis Ponti, Gubernatoris et Capitanei Generalis huius
Mediolanensis Provinciae, pro Sua Regia Maiestate, personaliter
constitutus, flexis genibus coram d.o Ex.mo Dno Stipulante, et recipiente,
nomine, et vice Pot.mi Dni Philippi Quarti Hispaniarum Regis, et
Mediolani Ducis Dni nri, eiusque Legitimorum in pnti Statu
Mediolani Successorum, positis manibus super sacrosanctis Dei
evangelijs, existentibus in libro Missali, in Manibus Sue Ex.ae
existente, iuravit, et iurat in, et super animam d.i Constituentis
et suorum reciproce, quod tam Spec. Canonicus Carolus Joannes
Jacobus Gusaghus, quam Successores sui, qui ei succedent
in dictis Pheudis, et iuribus Pheudalibus ut s.a erunt fideles,

ut obbedientes Pheudatarij predicte Regie Catt.ce Maiestati, et
Successoribus suis, in pnti Statu Mediolani, dictaque Pheuda
regent, et custodient ad honorem, et Commodum S. M.tis, et suorum
ut s.a, nullumque alium cuiusvis status, gradus, Conditionis,
et preeminentie recognoscent in Dominum, nisi predictam M.tem
et Successores suos ut s.a et nullo unquam tempore se retrahent
ex aliqua Causa nova pnti, vel futura, que dici, aut excogitari
possit ab obbedientia, et obsequijs debitis M.ti Sue, et suis ut s.a
nec ab eis unquam recedent et per renuntiationem Pheudi,
aut alio quocunque modo, consilio, verbis, vel factis, nihilque
unquam facient, quod sit, aut esse possit contra Personam,
honorem, aut statum M.tis Sue, et suorum predictorum, nec se
immiscebunt in aliquo tractatu, in quo agatur de inferendo
damno, vel iniuria M.ti Sue, suisque predictis, Et si ad
eorum Noticiam devenient quod aliquis contra predicta aliquid
facere, moliatur, vel attentare presumat, totis viribus impe-
dient et prohibebunt, ne id fiat, et etiam per se, vel certos
Nuntios, aut litteras quanto cicius M.ti Sue, et suis ut supra
vel eius Gubernatori propallabunt, et manifestabunt, et pro
viribus Conservabunt, et augere studebunt statum, honores,
et preeminentias S. M.tis et suis ut s.a spectantes

Si aliquod Consilium ab eis postulatum fuerit, secundum pruden-
tiam ipsis à D.O.M. datam, et concessam, fidele, et sincerum
praestabunt

Secreta eisdem commissa, vel committenda, nemini sine licentia
manifestabunt, sed vere, realiter, et sine ulla ambiguitate,
vel excusatione servient Maiestati Suae, et suis ut supra

Et generaliter omnia, et singula facient, et observabunt, quae
facere, et observare tenentur veri Pheudatarij, erga suos
legitimos Dominos, bona fide, et sine fraude. Et in omnibus,
et per omnia dictus I. Con.tus Coll.tus Hyppolitus Bossius Pro-
curator ut supra, etiam cum promissione rati, ac de ratifi-
cari faciendo presens Instrumentum, ac consignandi termino
mensis dictam Ratificationem in authentica forma infra
Regio Secretario, prout requiritur ex forma, et natura
cuiuslibet solemnis fidelitatis, tam novae, quam veteris,
quibus relatio habeatur

Iurat insuper dictus Iuris Consultus Collegiatus Bossius Procu-
rator, nomine quo supra, quod semper erunt fideles, obedien-
tes, et obsequentes d. Ill.mo et Ex.mo D.no Gubernatori, et
Capitaneo Generali ut s.a, alijsque Maiestatis Suae, in
praesens dominio futuris Gubernatoribus, Capitaneis

Generalibus, locum tenentibus &

Renuntiando &

Cum pactis executiuis &

Quae omnia, et singula dictus I.C. Bossius Pror nomine quo supra promi-
sit, et iuravit, promittit, et iurat perpetuo adimplere, et observare, nec
unquam contravenire, omni excusatione, ac exceptione remotis, sub vinculo
Iuramenti, et sub poena amissionis Pheudi, nec non sub refectione omnium
damnorum, interesse, et expensarum per M.tem Suam, et hos nos.ros proinde
quomodolibet patiendorum et faciendorum, tam in iudicio quam extra

Obligando propterea d. I.C. Hyppolitus Bossius Procurator ut s.a Personam
d.i eius Principalis, ac omnia et singula eius bona mobilia,
et immobilia, praesentia, et futura S.R. Cat.ae M.ti, huiusque praed. ut s.a,
nec non et praed.o Ill.mo et Ex.mo D.no Marchioni Leganes, et Cap.no Gen.li, ut s.a stip-
ulanti, et acceptanti nomine M.tis Suae, et suorum Successorum ut s.

Et de praed.is S. Ex.a mandavit et d. Pror rogavit, et rogat per me Regium Duca-
lem Sec. Infra.m publicum confici documentum

Actum in Regio Ducali Palatio in Saleria solitae audientiae S. Ex.ae
praesentibus Sed.cis Sebastiano de [illegible] q.m Gabrielis P.O.P.S. Stephani in
brolio foris, Carolo Mellano fq. Io: Baptae P.R.P.S. Mariae alla
Passarella, et Petro Martire Cinea q. Petri Pauli P.R.P.S. Raphaelis
testibus notis, et idoneis, et ad id specialiter vocatis.